



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Quid sit regnum cœlorum. tit. 241

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

carebit suo præmio ex gratia propter Christum: mihi
recordia ergo pauperi non sufficit, nisi etiam eleme-
synam dederis, si in facultate tua est.

*QUID SIT REGNUM CAE-
lorum.*

TITVLVS CCXL.

Rimò notandum, quod est duplex regnum:
Terrenum seu temporale, quod sine finem inu-
sortitur: & cælestè, quod nunquam inten-
dit. In terreno regno solum laboratur p
temporarijs rebus, quomodo diuitias &
honores querantur, Politiae regantur, & filij educe-
tur, &c. In hoc præsidet Imperator, & suas concedit li-
bertates, & potestas sua extendet se ad bona tempora-
lia & corpora hominum. Sic satan in monte Iusti-
tia ostendit Christo omnia regna mundi. In hoc regno
docetur, quomodo per artes acquirantur tempora-
lia. Et sunt in eo quidam hœsti homines, aliqui auarici-
superbi &c. Sic est regnum Romanum, Regnum Is-
rael &c. Cælestè regnum sic dicitur, quia in eo labora-
tur pro spiritualibus & cælestibus donis, quæ defulpe-
re de cælo veniunt: sic enim dicitur Iaco. i. Omnes data
optimū, & omne donum perfectum &c. In tali regno
prædicatur euangeliū Christi, per quod homo acqui-
rit fidem, Rom 10. Fides ex auditu verbi. acquiritur
spiritus sanctus cum suis fructibus, Gal. 5. Acquiritur
æterna salus & vita æterna. In hoc regno acquiritur
redemptio à satana, & condonatio peccatorū Col. 1.
propter Christum. Nam Deus pater in hoc regno pre-
sideret, & confert dona varia cælestia & spiritualia pro-
pter Christum, immò Christum & omnia cum Chri-
sto. Hoc est regnum Dei, id est, regimen suum, in istis
cælestibus donis & virtutibus nos regit id est, per-
dem, spem & dilectionem &c. trahit nos supra ad al-
tioria, quam ea quæ sunt in mundo, sicut Apost. dicit,
Philip.

Philip. 3. Nostra conuersatio est in cælis, vnde etiam expectamus &c.

Secundò, in regno terreno sunt omnes æqualiter, Iudæi, infideles, & Christiani ac fideles. Aequaliter vtuntur sole & pluia, ac elementis mundi. Matt. 6. At in hoc regno cœlesti solum sunt fideles. Ideò Ecclesia, i. congregatio fidelium, est regnum cœleste, in quo solum fideles vtuntur beneficijs Christi, illi reguntur virtutibus, id est, fide, spe, dilectione, timore, &c. à Deo. Per has virtutes nos obedimus Deo, & hoc regnum etiam nobis aduenire petimus, Mått. 7. vt Deus his motibus nos regat, defendat, conseruet, augmetet contra motus carnis, quos sathan excitat.

Tertiò, in hoc regno sunt boni & mali fideles, sicut Mat. 13, inquit Christus, comparans Ecclesiam sa- genæ, quæ continet pisces bonos & malos, & decem virginibus, Matth. 25. vbi sunt quinque prudentes, & quinque fatuæ, semem bonum & zizania &c. Nam licet Euangelium omnibus in Ecclesia denuncietur, non tamen ex æquo fructificat in omnibus: Sed vix quarta pars terræ bona est, Luce 8. Erit igitur talis mixtura in regno Dei, id est, ecclesia, sed in nouissimo die purgabuntur & separabuntur veri à malis piscibus. Ad hoc ergò regnum Dei solum pertinent fideles, non Iudæi aut Gentes. Est igitur regnum Dei, quia diuitiae & thesauri Dei in eo distribuuntur.

QUID SIT REGNUM DEI.

TITVLVS CCXLII.

SCiendum porrò, quod regnum Dei est eterna requies, eterna pax, eternum gaudium, eterna dulcedo, eterna vita, sicut dicit, Esai. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tentorijs pacificis, & in abundati requie, & hoc eternaliter. Et Paulus 1. Corinth. 2. scriptum est inquit, Esaiæ. 64. quod

MMm 3

ocu-